postea dici voluit filius M. Antonini. Conferendi sunt nummi Pertinacis consecrati, in quibus dicitur divus Pert. Pius pater *(Eckhel 7, 144).* — 2) *Scribendum* quod.

---

412 [*M. Didio ... Sev*]ero[1] Iuliano
[*cos., procos.*] Africae, leg. Aug.
[*pro pr. prov. P*]onti et Bithyniae,
[*item German*]iae, Dalmatiae, Belgica[*e*],
[*leg. provinciaru*]m Africae et Ac[*h*]aiae, praetor[*i*]
[*aedili, quaes*]t[*o*]ri consulum, tribuno leg.
...[*X viro stl. iud*]icandis, sodali Antoni[*ni*]ano
...... praesidi patrono
............g. Bisica Lucana[2] ex Africa.

Romae, semel descripta saec. XVII (VI 1401). Est titulus positus Didio Iuliano paullo antequam imperator factus est a. 193. Iidem honores Didii Iuliani enumerantur in vita eius c. 1. 2, praeter legationes quibus eum functum esse sub proconsulibus Africae et Achaiae ex tituli v. 5 colligitur, et tribunatum legionis (v. 6), et sacerdotium (v. 7); contra abest a titulo cura alimentorum, item abfuit ut videtur legatio legionis vicesimae secundae, tributae Didio Iuliano a biographo. — 1) *Severi cognomen in Iuliano testantur tam nummi quam biographus c. 7.* — 2) *De civitate Africae Bisica Lucana cf. C. VIII p. 169. 938.*

---

413 [*imp. Caes.* | *L. Septimio S*]eve[*ro Pert*]inaci Aug. | [*pont*]if. max., trib. | [*pot*]est., cos. des. II[1], p. p., | [*ci*]vitas Ucres d. d. | p. p. fecit et dedic., anno | Corneli Anullini[2] procos. | c. v. et Valeri Festi leg. eius.

Prope Carthaginem rep., est Havniae (VIII 1170 p. 931). — 1) *A. 193.* — 2) *Notus dux Severi, cuius titulum dabimus infra.*

---

414 *(cornua copiae duo)* Fortunae | domesticae san|ctae, ara pro salute | et reditu L. Septimi | Severi Pertinacis | Aug. [*et D. Clodi*] Septi|[*mi Albini Caesaris*][1], | L. Valerius Frontinus, | ⅂ coh. II vigil.[2], sua pecunia | posuit cum suis. | A. l. et v. f. i.[3] | Fl. Iulianus cen. | cor. IIII vigili.

In Portu Romano rep. (XIV 6). — 1) *Haec penitus erasa: supplevi coniectura certa.* — 2) *Centurio cohortis secundae vigilum.* — 3) *Haec obscura.*

---

415 ... [*D.*] Clodi Septimi Albini Caes. ...

Agbiae in provincia Africa proconsulari (VIII 1549 vidit Wilmanns). Superest ex titulo simili praecedentis, nisi quod nomen Clodii Albini non est erasum.

---

416 imp. Caesari | L. Septimio Severo | Pertinaci Aug. | pontif. maxim., | trib. pot. II[1], | imp. IIII[2], cos. II[3], | p. p., | Nepesini, optimo | fortissimoque prin|cipi suo devoti.

Nepet Etruriae (XI 3201). — 1) *10 Dec. 193/4.* — 2) *Testibus nummis (Eckhel 7, 171) titulisque (III 6153. II 693. III S. 6580; XI 372. 2098) Severus in tribunicia potestate altera a secunda imperatoria acclamatione ad quartam pervenit (erratum videtur IX 950. Eph. ep. 7 p. 425, 5).* — 3) *A. 194.*

---

archive.org